1628

habendi et possidendi, illaque quere et pacifice utifruendi, ac ad suos successores usus gratuitus beneplacitos, usus fructus libere et effective convertendi, iuris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentis cessi et transfusi vigore.

Hordynski Winnickiemu obligat:

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneal. Premisliensibus nobilis Andreas Hordynski, nobilis Andreas Hordynski, cum nobili Zophia Kalorzycka consorte eius, liberis procreatis filiis, sanus mente et corpore existens, a terrestribus et aliis iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentibus vero castrensibus capitaneal. Premisliensibus iurisdictioni quo ad obligationem hanc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando eique subiciendo palam libere publice ac per

725 expressum recognovit. Quia ipse bona sua Recognoscens subiecta, nempe pulczwierci pola Wierzbowska dicta in bonis villae Sielnierzyce terra ubi et districtu praesenti Premisliensi iacentia et consistentia cum omni eorundem bonorum seu sortis praefatae iure dominio proprietate, titulis obligatorio, omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus fructibus proventibus redditibus, commodis emolumentis obventionibus, in agris

proutis

pratis campis pascuis possessionibus attinentiis
et pertinentiis generaliter universis. Nihil expressis
juris dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae
et praerogativae pro se recognoscens suisque successo
ribus nonquopiam alio reservando seu excipiendo
verum prout praefata bona seu sortem ipsemet
recognoscens, ipsius praedecessoresque omnia tenuit habuit
et possidebat ipsamque concernebant ac eidem le
gitime serviebant. Iam ex nunc et de facto No
bili Alexandro Winnicki eius posteris in sum
ma sexaginta floren. polon. idem per se recogno
scens levata, de qua ipsi quietat hinc a data
praesenti, ad diem et actum similem post biennium
jure venturum incidens, et in defectu primae bono
rum eorundem exemptionis summae memoratae se
xaginta floren. polon. totalis et integrae persolu
tionis ex nunc ad alium similem diem et actum
post biennium proxime venturum incidens,
et sic consequenter de biennio ad biennium
die et actu simili, ad diem et actum similem,
biennii, et diebus atque actibus similibus sese con
tinue et immediate sequentibus usque ad exem
ptionem bonorum eorundem summaeque praefatae
totalis et integrae realem persolutionem obligat
inscribit et inscribat praefata bona obligavit
inscripsit et inscribat. In quae quidem bo
na seu praefatam sortem ipsam per re

cognoscens

1630

Recognoscens obligatam et inuadiatam praemissaque
omnia per praesentes inuadiata. Iisdem supradictus
Recognoscens Nobilis Andreas Hordynski praefato Nobili
Alexandro Winnicki obligatario suo et illius suc-
cessoribus cum ex iure et de facto coram officio praesenti
dat et admittet realem intromissionem et actualem
pacificamque possessionem per Ministerialem Regni
generalem quemuis competentem et nobiles quos die
quacunque voluerit officiose acceptandum. Per ipsum
Nobilem Alexandrum Winnicki obligatarium suum
et illius successores bona eadem supradicta seu sortes
obligatas cum uniuersis eius utilitatibus et usufructibus
competentibus et proventibus quouis tenendi habendi
et possidendi illisque quiete et pacifice usufruendi
ac ad suos suorumque successorum quosuis beneplaci-
tos usus fructus libere et efficaciter convertendi mo-
do et iure obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus
Recognoscens Nobilis Hordynski pro se ac suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus summisque
cunctis quibusuis habitis et habendis praefato Nobili
Winnicki obligatario suo eiusque posteris interesse et
obligat praesentes Ipsum et eius successores in dictis bonis
praesentibus obligatis praemissisque omnibus per praesentes inua-
diatis, et ratione eorundem omnium ab omni et quauis
impetitione iuridica quarumcunque personarum cu-
iuscunque conditionis status et sexus cuiusuis existentium
exonerandum, in omni iudicio et officio Regni semper
toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere

intercedere

intercedere ac eliberare, indemnemq cum posteris reddere, nec non hæc eadem bona obligata ab omnibus in genere juribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona obligata modo quovis quarumque personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusvis litteris in eadem bona seu sortem summam præmissam obligatam impetratis et impetrandis, litteris denique et per litteris processibus juris quibusvis in quocunque puncto et gradu juris dependentibus et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super præmissis omnibus præsentis obligatis modo quovis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam coram officio præmissam admissam in fundo bonorum præfatorum præmissorum obligatorum dum per ministerialem et Nobiles duos efficere requirent manutenere ac tenebit et tenebuntur eandem libere dare et effectualiter admittere datam et admissam eodem possidendi et usufructum præmissorum omnium quovis modo tam per se quam per suos quosvis submissos et subordinatos personas non præpedire nec turbare, ipsamq obligatariam suam et illius successores in præmissis omnibus nullo modo iniuriari, Ita ut hæc eadem bona seu sortem præmissam in a . . . . dictam, præmissaq omnia per præsentes obligata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiis et pertinentiis quovis idem suprascriptus Nobilis Winnicki obligatarius suus suq cum posteris quiete et pacifice inscriptionis præsentis obligatariæ

virgore

1632

Vigore tenere habere et possidere queat, illique vti frui

possit vsque ad Exemptionem bonorum eorundem

seu solutionem plenariam summaeque supra scriptae totalis et integralis

realemque persolutionem. Idque sub vadio summae

sexaginta florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem

sive eius successores, praenominato obligatario suo

aut illius posteris ob non completionem praemissorum

omnium et singulorum tam in parte, quam in toto

totiens quotiens opus fuerit ad soluendum succum

bendo. Sic quod quidem vadio modo praemisso ad

soluendum succubuit, ac pure aliquid praemissorum

ex praemissis non completa complenda Euasit Extunc

Idem Recognoscens Nobilis Andreas Hordynski

aut eius posteri, Ad Instantiam primam Nobilis

Alexandri Winnicki Obligatorii sui sive illius suc-

cessorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premi

sliense. Exhinc recessu supra scripto quolibet respondere

se obligat mediante semper in primo alterius termino

tanquam peremptorie stare Iuri parere respondere

et Vadium praedictum luere Iniuriam praesentem

satisfacere et omne medium quod debebit et tene

bit, seque ac suos successores ad eadem omnia inscri

bit et obligat praesentibus. Illum terminum primum pe

remptorium vt et alios omnes exinde consequentes

causa eius Terminos semper peremptorios Vera

infirmitate per Mariti Mahoweckie succursum

legatione intra vel extra Regnum servitio Militari

ac munimenta ad Evictionem vel aliis quibusque

delationibus

dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
ad quietationem praemissam ultra proximos officii praesentis
Castren. Capitan. Premislien. Terminis dilationes
sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes
ac earum prosecutiones faciendo, ac praetextu occa-
sionis simplicibus vel triplicatis suasionibus su-
spensionibus fatalibus Juris protestationes Terrestris vel
conventiones ac alijs omnibus Juris remedijs et de-
fensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis
evadendo hac sua personali recognitione ac
praemissa omnia mediante.

Feria sexta in crastino Octavarum Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini anno eiusdem millesimo sexcentesimo septuagesimo primo 5/VI

Chrzastowski inscriptionem quietatoriam approbat: 725

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus
Castren. Capitan. Premislien. Generosus Vincen-
tius de Brzezie Chrzastowski Vexilli locumtenens
Illustris et magnifici Domini Palatini Belzensis Exercitu-
um Regni Ducis Campestris Commilito, sanus mente
et corpore Existens ac Terris districtibus iuribus Juris-
dictionibus suis quibusvis praesentis et competentis recedens

Dni pal.